Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sub sistam · sicut consumitur nubes ⁊
pransit · sic qui descendit ad inferos
non ascendet nec reuertetur ultra
ad domum suam · neq; cognoscet eum
amplius locus eius · Quia p̄ ⁊ ego
nō parcam ori meo · loquar in tribu
lacione spiritus mei · conqabulabor
cum amaritudine anime mee · Nū
quid mare sum ego aut cetus · quia
circumdedisti me carcere · Si dixero
consolabitur me lectulus meus et
relenabor loqueus mecum in stratu
meo terrebis me per somnia ⁊ per visi
ones horrore concutiens · quam obre
elesit suspendium anima mea · et
mortem ossa mea · desperau nequaq;
ultra viuam · parce mihi domine
nichil enim sunt dies mei · quid est ho
quia magnificas eum · aut quid ap
ponis erga eum cor tuum · visitas eum
diluculo ⁊ subito probas eum · Vsq;
quo nō parcis mihi nec dimittis
me ut glutiam salliuam meam · per
cam · quid faciam tibi o custos homi
num · quare me posuisti contrarium
tibi ⁊ factus sum mihimet ipsi gra
uis · Cur nō tollis pcm meum et
quare non auferis iniquitatem me
am · Ecce nūc in pulvere dormiam
et si mane me quesieris non sub
sistam

Respondens autem Sistam
baldath · VIII
siuites · dixit · vsq; quo loqris
talia ⁊ spiritus multipler oris tui · Numq;
deus subplantat iudicium ⁊ omnipo
tens subuertit quod iustum · etiam si
filii tui peccauerunt ei ⁊ dimisit eos
in manu iniquitatis eorum · tu tamen
diluculo consurgis ad deum ⁊ omni
potentem fluis deprecatus si mundus
et rectus incesseris statim euigilabit
ad te · et pacatum reddet habitaculum
iustitiae tue · intra ut prora tua fiunt
parua et nouissima tua multiplicē
tur nimis · Interroga ergo generacōem
pristinam ⁊ diligenter in nestiga pa
trum memoriam · hesterni quippe sū
mus ⁊ ignoramus quia sicut vmbra
dies nostri sunt super terram · Ipsi doce
bunt te et loquentur tibi ⁊ de cord
suo proferent eloquia · Numq; vuiere
potest scirpus absq; humore aut cres
cere carectum sine aqua cum adhuc
sit in flore nec carpatur manu cum
omnes herbas precedat · sic viae omni
qui obliuiscuntur deum ⁊ spes hypocri
pibit nō ei placebit fiducia sua ⁊
sicut tela aranearum · fiducia eius
innitetur super domum suam ⁊ nō
stabit · fulciet eam ⁊ nō consurget
humectus ir cum quum uenerit sol ⁊
in orto suo germen eius egredietur ·
super acerum petrarum radices ei
densabuntur ⁊ inter lapides commo
rabitur · si abstulerit eum de loco
suo negabit eum ⁊ dicet non noui
te · hec est letitia viae eius ut rursum
alia de terra germinetur · Deus non
proiciet simplicem · nec manum pre
bet malignis donec impleatur
risu os tuum ⁊ labia tua iubilo qui
oderunt te induentur confusione
et tabernaculum impiorum nō sub
sistet

Et respondens Iob ait · IX
Vere scio quod ita sit
et quod non iustificetur homo com
paratus deo · Si voluerit cum eo con